



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

In eundem Inuectiuam quartam: & reconciliatoria[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

INVECTIVA QVARTA
 INVECTIVA EXCVSATORIA POGGII
 & Reconciliatoria cum Francisco
 Philelpho.



CRIBIS AD ME CERTIOREM TE
 factum esse in eptias & deliramenta quaedam aduersus
 Philelphum diuulgari per homines stultissimos;
 & me eorum dici auctorem. Ego quid stulti diuul-
 gent aut loquantur; neque cure mihi fuit unquam; neque
 erit; neque etiam scio quid hi de me dicant. Vnum scio.
 Quicquid id sit quod deliramenta aut ineptias ap-
 pelli possit; non esse meum; qui vel delirare/vel
 ineptus esse non consueui. Nec ita ut opinor sum
 rudis atque rerum inops; ut queram adiuumenta stul-
 torum ad vulganda scripta mea; que edere & satis
 rueri ipse noui. Quod me non existimes temere ad ma-
 ledicendi arma cucurisse; vere & recte arbitraris.
 Nam & iam senex non satis commode possis in cur-
 rere; & temeritatis culpam semper effugi. Cum ita ad hanc diem vixerim; ut nihil
 egerim (de rebus loquor grauioribus) cuius non probabilem rationem possim
 reddere. Si contumelia ferre non fuerit; cogites quoque & alijs suum esse ingenium;
 qui non minus quam Philelphus contumeliam abhorrent. Non autem ita imperio-
 sus sis ut tibi conuiciandi/maledicendi/obtrectandi licentiam concessam velis; cae-
 teris vero se tuendi/aut maledicta tua reijcendi facultatem ademptam. Quod vero
 vis ut me purgem vel accusem; neutrum (neque enim est opus) libet facere. Nam &
 satis sum mundus & valitudine prospera; ut purgatione aliqua non egeam. Et
 accusare me tanquam alicuius erroris aut criminis reus/a quibus longe abssum/stultis-
 simum videretur. Quod a te vis deferri si quid aduersum te sit scriptum; id eorum cur-
 ra sit ad quos hoc spectat. Nam mea id minime refert. Quod postremo non cupis me
 as inimicitias; neque ego itidem tuas. Daboque operam ut nullus mihi iure possit ef-
 se inimicus. Nam ego ita didici; non homines; sed vitia esse odio habenda. Tu qua
 mens; sis; & animo & corpore recte valeas opto. Florentiae die. xiiij. Martij.

Faceta res
 sponso.

aliquis
 aliquid
 aliquid